

uterque nostram editionem patientissimè curavit.
Quæ si minus quàm fieri potuisset caracte-
rum venustate splendeat, ne tribuas velim ty-
pographorum oscitantia, vel mea, sed præte-
riorum temporum infortuniis, quibus acta
præstantissima Civitas, tantam hujus artis,
in qua primum magistra jacturam fecerat, ut
vix ullus formandis novis characteribus arti-
fex superesset: nec patiebatur commune desi-
derium diuturniorem operis moram. Cæterum
conductis jam peritissimis, nullum in sequen-
tibus tomis elegantius ornamentum desidera-
ndum sincera fide promitto. Et si prima hæc
nostra experimenta libenter acceperis, meliora,
& solida quæque in dies expecta. Vale.